



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum  
Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant**

**Segneri, Paolo**

**Dilingæ, 1699**

XXIII. Stipendia peccati mors. Gratia autem Dei vita æterna. Rom 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48281](#)

ace usi sunt amplius cibo illo filij Israël, ut iudicaret, et si haberent ejus specimen, modo, quo diximus, non habuisse usum. vas servabat manna in Arcā, & mens vivas habet species ejus consolationis, quas experiebatur, cum revera studeret famulari DEO felicitate avulsa ab omni mundi confortio. sed quid illi prodest, si hoc efficere non possit, ut adhuc nutritur cibo illo? non potest nunc ille desolatus agere aliud, quācum eum Job memorare dies antiques, tanti plenos solatii, & ipso quoque dicere: *Quis mihi tribuat, ut sim juxta mens pristinos, secundum dios,*

quibus DEVS custodiebat me, do lavabā pedes meos burro, fundebat mihi rivos olei? Job. 3. Cave ergo, ne ad statum illum garis. & hoc posiro, dum me conceditur, ne spernas, sine oblectamenta iis, qui volent, ut ad Cœlestia anhela: nisi malesta corde magnanimo immolamino, arque illi dicere, ut inde solūm tribuar, quod sufficiat non ad delicias. *Merdicatum vitias ne dederis mihi, tribue me huic necessaria.* Prov. 2. v. 9.

## XXIII.

*Stipendia peccati mors. Gratia autem DEI vita aeterna.* Rom.

1. Considera duos esse potentissimos Reges, DEUM, & Daemonem, quorum quisque ardenter desiderat, ut sub signis suis milites. & ideo uterque se promptissimum ostendit ad solvenda tibi stipendia. *Quis enim militavit suis stipendiis unquam?* 1. Cor. 9. DEUS ad solvenda stipendia pro bonis operibus. Daemon ad solvenda stipendia pro malis. sed & quam diversa stipendia! cura primò bene cognoscere, ut in electione non erres.

2. Considera stipendium, quod Daemon tibi constituit, si ad ejus obsequia milites, subministrando membra tua quasi totidem arma iniuriantis, linguam detractionibus, oculos lascivis obturibus, aures vanitati, manus avarè cumulandis opibus, aliud

deum non fore quam mortalia stipendia peccati mors. nec fave manna, sed gemina, temporalis & aeterna, quia daemon vult esse liberaliter omni peccato, quod facis, emplacatum dabit stipendum, solitus, ut idcirco forte noluerit dicere postolus: *stipendium peccati non stipendia.* O liberalitatem damnum, cave tibi, si de ea acceptandi beres.

3. Considera, quomodo patet afferat tibi morem corporis, per quia illam introduxit in mundum peccatum mors. Rom. 5. deinde sicut illam introduxit, ira deinde nuit potestate istam planetem eam accelerandi, anticipandi, & maturè accersendi. *Ne imp*

malum se moriaris in tempore non tuo.  
Eccl. 7. v. 18. Iniquis ablati sunt ante  
tempus suum. Job. 22. v. 16. Impius,  
antequam dies ejus impleteantur, peribit.  
Job. 35. v. 32. Anni impiorum brevi-  
antur. Prov. 10. v. 27. & sic plurimi  
locis alijs. Ita est, sacre pagina  
enam. Iustum dicunt aliquando subla-  
num ante tempus, nempe ante illud  
tempus, quod alioquin tulisset natu-  
ralis ejus conditio. sed audi, cur  
videlicet ne, si viveret, peccaret:  
Ego est, ne malitia mutaret intellectum  
eius. Sap. 4. v. 11. ut adeo semper  
verum ut peccatum esse id, cui debet  
adscribi acceleratio mortis, in quibus  
dam peccatum, quod est factum, in a-  
liis peccatum, quod fieret, quamvis  
in illis ex acceleratio fuit in pœnam, in  
his vero sit pro remedio. ceterum vi-  
des, quis sit fructus peccati? stipendium  
peccati mors. Hæc deinde appellatur  
quæ stipendum, quia non est debita  
merito donationis gratuitæ, sed  
veri menti. Omnis Justitiae ratio e-  
xigit, ut peccatum quoconque casu  
pœctetur morte, quia actus est rebelli-  
onis. In quaunque die comederis, mor-  
te morieris. Gen. 2. v. 15. si in multis  
casibus morte non punitur, opus est  
misericordia. O quoties ita etiam  
erga te fuit usurpata! nisi forte malici-  
as dicere, mortem vocari stipendiū  
peccati ad significandum, peccatum  
est opus maximi laboris: ut iniquo a-  
gerent laboraverint. Jer. 9. v. 5. quis  
fatu explicet, quantæ fini curæ, quibus  
plerumque sunt obnoxii peccatores,  
qui sollicitudines, molestia, infirmita-

test. Et his omnibus quid demum obti-  
nent? ut mortem ante tempus accer-  
sant. mirum igitur esse non debet,  
quod mors eorum dicatur esse stipen-  
dium. Stipendia peccati mors. O stipen-  
dium verè dignum tali labore! &  
tu libenter illum lustines? Nolite ze-  
lare mortem in errore vite vestre, neque  
aquiratis perditionem in operibus ma-  
nuum vestrarum. Sap. 1. v. 12.

4. Considera, quomodo peccatum  
mortem tibi afferat non solum corpo-  
ris sed & animæ. quid enim est mori?  
est perdere vitam. Jam ergo sicut di-  
citur corpus mori, cum perdit animam,  
quia anima est vita corporis, ita  
pariter dicitur mori anima, cum perdit  
DEUM, quia DEUS longè magis est  
vita animæ: Ego sum vita. Jo. 14. &  
hoc est, quod facit peccatum, nempe  
ut DEUM perdas. O jacturam deplo-  
randam! Mors peccatorum pessima.  
quia mors pejor esse nequit, quam quæ  
vita perdit optima. & hec quoque  
mors dici potest stipendum, quia da-  
tur ex merito. quid enim æquius quam  
ut anima DEUM suum perdat, quem  
aspernatur? Nunc tibi reliquo pon-  
derandas sequelas, quæ ex ista jactura  
deducuntur. hanc solam tibi repre-  
sento. quemadmodum cum corpus  
separatur ab anima, sit intolerabile  
etiam proximis agnatis, sit putridum &  
plenum tabe, ut necesse sit quam pri-  
mum inferre tumulo, ita animæ acci-  
dit, cum separatur à DEO. ab eis  
omnes creatæ abhorrent oportet,  
eam abominentur, eam aspicere dedi-  
gnentur, dum videant projici in sepul-  
chrum.

Qq 3

chrurn

Anna

Secundum

VII

chrum ipsi debitum , quod est infernus. Ecce igitur, quantà DEUS sit unus erga te clementia , cum animam tuam quantumvis mortuam tam diu sustinuit in terrā, expectans, num forte redditura esset ad vitam. numquid merito non semel sepelienda erat in illo profundissimo barathro ? hoc est sepulchrum animarum , quae sunt separatae à DEO. *Mortuus est dives , & sepultus est in inferno.* Luc. 16. v. 22. & istud debebat esse etiam tuum.

5. Considera , quantò meliora stipendia è contrario DEUS tibi numeret, si ad eus milites obsequium. *Stipendia peccati mors : gratia autem DEI vita eterna.* Porro quid tibi dabit, si vitam hanc dederit, nisi se ipsum, vitam animae tuae ? *Ipsa est enim vita tua , & longitudo dierum tuorum.* Deut. 30. v. 20. Ille se dabit duobus fruendum modis, ut duplex sit vita tua (sicut duplex est mors militantis sub signis inimici) in terrā per gratiam , & in celo per gloriam. utraque hac vita erit pariter eterna. quia nullum est nec in terrā periculum, ut DEUS te destituat, nisi illum expellas, eternum erit tecum : non deserit, nisi deseratur. tu vero an intelligis, quid sit DEO frui non solum interrā per gratiam , sed in celo per gloriam ? non possim id ego tibi demonstrare. tu solam observa , cum posset Apostolus eternam felicitatem tuam mille appellare nominibus, voluptatum, divitiarum, risus, deliciarū, victoriarum, triumphorum, principatus, unicè voluisse vocare vitam , ut hac ratione opponeret morti , quam

dat Satanas , & quia vita de origo omnis boni, si sit perdetur, terrā vivis , sed ut mortaliter in solo demum vietur es vita vestra. Illic vivere modo quodam suum minores animae facultates. viventia, quam nulla per omnem aetatem minuerit oblivio. Vivet intellectio, qua nulli exit obnoxia numeri obsequitur. Vivet Voluntas, quam cessabit anhelare ad finem Bonum, quamvis illo integrè finire. Vivent oculi, aures, & certe corporis , quos nulla delectatio tundet , licet illic omnis voluntas aeterna. numquid vita ejusmodi dubie videtur eligenda pro morte. Infelices impii, de quibus scribitur *Eligent magis mortem , quam via Jer. 8. v. 3.*

6. Considera, cum dixisset Apolus , mortem esse stipendium pro hoc est, operum , que sunt a peccato, *Stipendia peccati mors : videtur enim fuisse dicendum , vitam aeternam non debet ut mercede bellisperantibus : haud sane , nam ipsius alibi confessus est , illam ex Judas reddi : Quam reddet mibi Dominus iustus index. sed hoc dixit, quia sive mente vita eternae illam intelligere, quam DEUS dat animae in terra, illa cum sit vita gratiae , quo modo possit*

strat. *Gratiā & Gloriā dabit Do-*  
*minus.*

7. Considera peccatum ultra mor-  
tem animæ etiam afferre, ut diximus,  
mortem corporis. atque ita è contra-  
rio probitas vitam dat utramque. *Pie-*  
*tati ad omnia utilis est, promissionem ha-*  
*bens vite, qua nunc est, & futura. i. Ti-*  
*mooth. 4. v. 8. nihilominus de exigua*  
*vitâ corporis, que nunc est, quæ tantil-*  
*lum durat, quæ numeratur minutis,*  
*ponderatur momentis, noluisse hoc*  
*loco Apostolum facere mentionem.*  
*quia hoc non est stipendium primariū,*  
*quod DEUS tibi tribuit, solum est au-*  
*etarium, & appendix, primarium est*  
*vita æterna. Unde sapiens dicebat:*  
*Timor Domini apponet dies. Prov. 10. v.*  
27. *Dies tam breves solūm apponuntur*  
*jure verò dantur secula æterna. Domi-*  
*nus, qualis est DEUS noster, non redi-*  
*dit ex merito & pro mercede operum*  
*bonatam vilia, quæ sint etiam equis &*  
*canibus communia. dat illa ad modum*  
*congiarii ordinarii: Querite primū*  
*Regnum DEI, & hec omnia adjiciuntur*  
*vobis. Itaque æterna vita principalis*  
*est. Temporalis Accessoria. at si ita est,*  
*quâ ratione tu, cùm tantopere labores*  
*pro servandâ Accessoriâ, non satagis*  
*multò magis pro Principali? Cerrus*  
*sum, si tibi DEUS sponderet pro mer-*  
*cide vitam temporalem decem secu-*  
*lorum te illico ad ejus signa convola-*  
*turum. & eò convolare dubitas, dum*  
*vitam promittit tanto meliorem,*  
*qualis est æterna?*

